

05

A

1093







DISPUTATIO  
DE  
APPELLA-  
TIONIBUS,

*Quam*

S. S. T. A.

Auctoritate & decreto Amplissimæ Facultatis  
Juridicæ,

SUB PRÆSIDIO

*Amplissimi & Consultissimi Viri*

Dn. DOMINICI ARU-

MÆ I JCTi celeberrimi, & in illustri Jenen-

sium Academiâ Prof. publ. ibidemq; Curia Provincialis

& Scabinatus Assessoris dignissimi, Fautoris & Præce-  
ptoris sui æternum suspiciendi,

*Pro summo in UTROQUE JURE GRADU  
consequendo,*

Publico examini subiciet

JOANNES J. F. RECKIUS

GOSLARIENSIS.

*Ad diem 19. Julii.*

J E N Æ

TTPIS JOHANNIS BEITHMANNI,

ANNO MDCCCXIX.





05 A 1093







## THESIS I.



Ompendiosè quoad fieri poterit acturi de ordinario a) appellationis beneficio, cujus origo ab ipsa natura, b) usus & necessitas c) ob iniquitatem d) & imperitiam e) judicantium frequens, & antiquus f) in omni imperio Jure ad hæc usque tempora recepta est, rem ab ipsa definitione auspicabimur.

a) Christoph. Besold. de appell. c. 1. n. 7. Tolos. lib. 1. cap. 5. n. 13. de appell. Marant. part. 6. t. de appell. nu. 18. b) arg. l. ut vim 3. ff. de J. & J. & c. cum speciali. §. porro. c. dilecto extr. de appell. Ferrariens. in suo tract. de appell. latè num. 7. Brederod. de appell. part. 1. tit. 1. col. 3. lit. C. c) l. 1. ff. de app. l. necessarium 2. §. exactis 16. §. populo 18. §. & cum placuisset 24. v. ac protinus recens. ff. de O. J. l. ergo 40. ff. de ll. Heig. part. 1. quest. 20. n. 5. d) d. l. 1. ff. de appell. arg. l. eadem 6. §. leg. Julia 2. ff. L. Jul. repetund. l. eum quem. 79. ff. de judiciis. l. ambitiosa 4. ff. de decret. ab ordin. faciend. Heig. part. pr. quest. 12. n. 55. c. pauper. 11. quest. 3. e) l. 51. pr. ff. de Evid. l. 17. §. fin. ff. solut. matrimon. l. 26. pr. de testament. tut. toto tit. C. de pœna Judicis qui male judicavit. f) Exod. 18. v. 25. & seq. Joseph. 3. antiq. c. 3. & 4. antiq. c. ult. Ferrariens. lib. 1. c. 1. §. à Solone Atheniensi. Besold. de appell. c. 1. n. 8. & 9.

### II.

Appellatio est querela, de sententia minoris Judicis iniqua, ad superiorem Judicem legitime



gitimè instituta, ut is eam emender, & in melius reformet.

*Ita Dd.com. omnes quanquam alii aliis verbis, reipsâ tamen idem dicunt.*

III.

Appellare igitur hîc non nominare, a) rem debitam exigere à debitore, b) blandâ oratione pudicitiam alterius attentare, c) & alia ejusdem generis; sed uti ex definitione constat, auxilii gratiâ magistratum superiorem adversus injuriam inferioris implorare d) iudicis protectioni se submittere, e) provocare, f) querelam deferre g) significat.

a) l. 1. ff. de f. & f. pr. Inst. de test. ord. §. 1. Inst. de interd. Gregor. Tolos. lib. 1. c. 2. de appell. Sigismund. Scaccia de appellat. quest. 1. n. 3. b) l. fidejussor 16. §. fin. ff. de fidejussoribus & mand. l. 15. §. 33. ff. de injur. c) l. item apud Labeonem 15. §. appellare 20. ff. de injur. l. 1. ff. de extraordin. crim. d) l. hujus edict. 1. ff. ex quib. caus. major. l. 1. ff. de appellat. Wesenbec. in parat. b. t. n. 2. Tolos. d. loc. n. 4. Scaccia. d. quest. 1. n. 3. e) Innoc. in c. ad audient. de appell. f) l. 40. §. 1. ff. de pact. l. 1. §. 1. l. fin. §. 2. b. c. l. 10. l. 17. l. 30. C. eod. l. 13. ff. de excus. tut. g) l. 3. C. quom. & quando jud. sentent. proferr. Besold. de appell. c. 2. nu. 91.

IV.

Divisio appellationis per Dd. a) in judicialem & extrajudicialem est; illa, à sententia definitiva, & interlocutoria, hæc, à decretis five mandatis & actibus extrajudicialibus, ita dicta: quæ tamen posterior cum revera appellationis



lationis definitioni non convenit, rectius provocatio ad causam dicetur, b) ut hæc divisio sub nomine propria & impropria, sive veræ & abusivæ: veniat.

a) *argum. l. 1. §. alia causa. 2. ff. quand. appelland. l. iudicibus 24. l. oportet. 36. C. de appell. c. cum sit Romana 5. extr. eod. c. si quis c. ad Romanam 2. quest. 6. Bartol. in l. ante sententiam. nu. 4. ff. de appell. recip. Panormitan. in Rubr. de appell. Ferrarius de appell. n. 16. in tr. tract. volum. 8. fol. 181. Scacc. q. 2. n. 32. Tolosan. lib. 5. c. 2. nu. 5. Wesenbecius in π. hinc n. 5. Gail. 1. obs. 120. nu. 6. b) Panormit. in c. dilecti filii nu. 7. de appell. Bartol. ad l. ubi vim. ff. de appell. recip. nu. 7. in fin. Scacc. de appell. q. 1. n. 5.*

V.

Dividunt eam alii in *Expressam*, & *Tacitam*,

a) eamq; quæ fiat vivâ voce, & quæ scripto seu literis, b) etiam in licitam, & illicitam. Sed si à personis, temporibus, vel casibus, species desumere velimus, facile in infinitum divisionum numerus excresceret, quod extra propositi rationem est.

a) *Vid. Bredenrod. de appell. part. 1. tit. 8. colum. 14. lit. B.*

b) *Giphan. de appell. Ritterbus. in Method. Novell. exposit. part. 10. cap. 7. n. 6.*

VI.

Per limites igitur datæ definitionis nostræ rectissimè eundo, dispiciamus 1. de illis, qui appellare possunt, quive audiuntur, vel non, 2. à quibus iudicibus, 3. in quibus causis, 4. quomodo appellandum, 5. in quem finem.

A 3

VII, Quia



Quia ergò commune beneficium appellatio audit, a) præsidium innocentiae, & theriaca contra venenum judicis b) omnibus sententia gravatis c) nisi expressè prohibentur d) necessum est competere.

a) *l. cum minor 3. §. falsus 1. ff. rem ratam haberi Bald. d. l.*  
 b) *Curt. Jun. consilio 263. nu. 8. Bald. in l. un. in fin. C. si de moment. poss. c. cum speciali 61. §. porro extr. de appell. c) l. Imperator 25. ff. h. t. l. 6. l. 20. l. 30. C. eod. c. omnis oppressus c. ideo 2. q. 6. Scacc. quæst. 5. n. 1. Tolos. lib. 5. c. 1. n. 1. d) Rat. l. cum prætor. 12. in pr. ff. de judic. l. nec non 28. §. quid ejus 2. ff. ex quib. caus. majores l. qui accusare 8. ff. de accus. l. mutus 43. §. cum quaeritur 1. ff. de procurat.*

Hinc quæstio oritur: *An statuto, consuetudine, vel lege municipali appellatio tolli possit?* Et licet sint in ea opinione, quæ ita, a) quia tamen inde periculum juri superioris immineat, & judicium Camerae Imp. tale non admittat, b) negantibus c) subscribendum. Nec impedit si status Imperii jurejurando suos subditos obstrinxisset, quo minus à sententiis in curiis ipsorum dictis provocarent! Liberum enim adhuc appellandi auxilium illis tribuitur. d)

a) *Dd. in l. omnes populi ff. de J. & J. Deci. consil. 538. nu. 2. ut recenset Gail. 1. obs. 135. nu. 12. Rittersh. allegans Giphanium Method. Novellar. expositione part. 10. in proœmio. n. 7. vid. disc. Covarruv. pract. quæstion. c. 23. n. 6. b) Ordin. Cam. part. 2. tit. 28. §. Und wiewol bisshero. c) per c. venientes 19. extr. de jurejur. Gail.*



*Gail. d. observ. Myns. 1. obs. 14. Tolos. lib. 2. c. 8. nu. 6. Everhard. in Top. in loc. à Pacto ad Legem nu. 9. d) Ord. Cam. p. 2. tit. 28. S. vnd dieweil. Gail. d. obs. 135. nu. 12.*

IX.

Eorum qui appellare possunt, faciunt hoc quidam suo, quidam alieno nomine. Suo nomine Relegatus, deportatus, in exilium datus, a) excommunicatus, læsæ majestatis reus, b) adolescens qui veniam ætatis impetraverit, c) cives & incolæ manifestas excusationes habentes d) Magister militum à Præside condemnatus, e) confessus formidine tormentorum f) isq; cui ut indigno bona vacantia ablata sunt. g)

a) *l. un. §. 2. §. 3. ff. Nihil innov. appell. interp. l. 6. in pr. & fin. pr. C. si reus vel accus. l. 3. in pr. C. si pendent. appell. mors intervenierit.* b) *c. cum inter 5. c. significaverunt 11. extr. de exceptionib. Bart. in l. qui ultimo 29. ff. de pœnis. Besold. de appell. cap. 5. f. 156. Scacc. quest. 5. n. 6. de appell. l. Pannonius 86. §. rei perduellionis 1. ff. de acquir. vel omitt. hered. Actor. c. 25. v. 12. Antoninus Gomez. de delict. c. 23. n. 12. Didacus. Covarruv. practic. quest. c. 23. refer. Bredenrodio part. 1. col. 86. lit. A.* c) *l. si actor. 10. C. h. tit.* d) *l. cives 11. C. h. t.* e) *l. eo casu 33. C. h. t.* f) *l. observare 2. C. quorum appellation. non recip.* g) *l. lata sententia. 22. C. h. t.*

X.

Et quia sæpè accidit, ut plures una in causa in eadem sententia condemnati fuerint, non omnibus sed fortè uno appellante, unici illius appellatione justa pronunciata, emolumentum victoriæ ad omnes pertinebit.

*l. si*



*l. si iudici 1. l. si in una 2. C. si unus ex pluribus. l. si qui separatim 10. §. 4. ff. h. t. c. una sententia 72. extra de appell. l. si communem 10. ff. quemad. servitus amittatur. l. 1. C. de divers. rescript. Bart. d. l. si qui separatim & in l. fin. ff. eod. tit. Tolos. de appell. lib. 5. c. 5. n. 3. Besold. cap. 5. n. 4.*

XI.

Sui verò nominis ratio, interesse quoque secum trahit, qui namque sua interesse dicit, propriam causam defendit. a) Igitur non solum is, cuius pecuniariter intererit, vel cui ex alterius condemnatione damnum in re suam, in præsens vel futurum b) licet iudicio expertus non sit, dimanarit, sed quoque ad quem vel famæ vel existimationis macula inde proficiscetur c) appellare non prohibebitur.

a) *l. si procuratoris 2. §. si pro eo fin. ff. quando appellandum Besold. c. 5. fol. 158. b) Besold. c. 5. nu. 2. fol. 159. Surd. consil. 271. nu. 19. Gail. 1. obs. 70. Tholos. lib. 5. c. 1. nu. 21. c) d. l. 2. §. fin. ff. quand. appell. l. 1. ff. de liberali causa l. ab executore 4. §. alio 2. l. à sententia 5. pr. ff. de appell. l. non solent. 1. in pr. de appell. recip. c. cum super 17. extr. de sent. & re jud. Wesenb. in w. ff. de appell. num. 7. Gail. 1. observ. 70. & 122. Vant. de null. tit. quis possit die. de null. nu. 4.*

XII.

Hinc parentes pro liberis etiam naturalibus a) liberi pro parentibus b) propinqui pro propinquis c) uxores pro maritis incarceratis, d) provocando possunt intercedere.

a) *l. si quando 1. in princ. ff. de liberali causa l. si procuratoris 2. §. si is qui 2. ff. quand. appell. de appell. §. 1. n. 20. Cravett. consil. 278. n. 1. Tolos. lib. 5. c. 1. num. 15. Scacc. quest. 5. n. 43.*



n. 42. & 63. de appell. Ruginell. tract. de appell. §. 2. c. 1. n. 73. b) d. R. si quando 1. §. 1. l. 3. §. 2. ff. de liberali caussa l. ex consensu 23. §. filius familias 2. de appell. c) l. 1. l. 3. §. 2. ff. de liberali caussa l. si procuratoris 2. §. fin. ff. quand. appell. Donell. 28. comm. c. 6. d) l. amplius 3. §. 2. ff. de liberali caussa Gail. 1. observ. 133. nu. 8. Hieron. Schurff. cent. 3. consil. 98. n. 3.

### XIII.

Aliquando etiam Dominus territorii, a) feudi, b) Episcopus, c) civitas, d) pro subjectis & hi è contra e) quatenus interesse & factum illos tangat, appellando subveniunt.

a) Arg. l. item 15. §. si quis 35. & §. penult. ff. de injuriis. §. sed si libero. Instit. eod. Gail. observ. 125. Scaccia quest. 5. n. 57. Besold. cap. 5. nu. 2. Tolos. lib. 5. c. 1. nu. 24. de appell. b) Gail. d. 1. observ. 125. nu. 7. & ante citati. Guido Papa de appell. decis. 464. n. 3. c) c. dilectus 55. extr. de appell. Gail. d. obs. 125. Guid. Pap. decis. 464. n. 3. Brederodius d. appell. part. 1. tit. 13. col. 74. lit. B. Scacc. quest. 5. n. 53. Besold. c. 5. n. 2. d) Gail. d. observ. 125. nu. 6. Scacc. d. quest. 5. n. 53. Besold. c. 5. n. 2. fol. 160. e) arg. l. in provinciali 3. §. si in publico. f. ff. de operis novi nunt. Besold. d. cap. 5. n. 2. Felin. inc. 17. nu. 14. extr. de sent. & re judicat.

### XIV.

Suo quoque nomine, ad alterius tamen commodum appellando causam agit venditor pro emptore, & emptor pro venditore, a) fideiussor pro eo, pro quo intervenit, b) creditor pro debitore, c) coheres pro coherede, d) item legatarius e) pro herede, qui vel per collusionem aut injuriã inofficiosi querela victus est.

a) l. ab executore 4. §. item 3. ff. de appell. l. si parentes 20. C. de evictionib. Scaccia quest. 5. nu. 35. Anton. Fab. in C. t. quorum appell. non recipiuntur definitio. 5. n. 13. Besold. cap. 5. nu. 6.

B

b) l. à sen-



b) l. à sententia 5. in pr. ff. h. t. Bartol. hîc. n. 2. Scacc. quæst. 5. n. 31. c) l. ab executore. 4. §. idq̄. ff. de appell. Scacc. quæst. 5. n. 59. d) l. à sententia 5. pr. ff. de appell. e) l. si suspecta 29. pr. ff. de inoff. test. l. à sententia 5. §. si heres 1. l. si perlusorio 14. §. quotiens 1. ff. de appell. l. si servus 50. §. si hereditatis 1. ff. de legat. 1. Bartol. d. l. si perlusorio 14. in fin. pr. Scaccia. quæst. 5. n. 37. Donell. lib. 28. Comm. 6. fol. 436. Brederod. part. 1. tit. 13. col. 85. lit. D.

XV.

Alieno nomine ꝑvocat procurator: a) & hoc; quia interpositio appellationis est de prosecutione primæ instantiæ, b) tàm in definitiva, quàm interlocutoria, c) tàm generaliter quàm ad unam causam datus d) facere debet. Et si neglexerit, domino actione mandati ad interesse tenebitur; e) Justa autem ex excusatione, puta paupertatis, metus, infirmitatis, impeditus, dominum de sententia lata edocere jubetur, ut ipse quid in rem suam futurum existimet dispicere possit. f)

a) l. ab executore 4. §. si procurator 5. l. Lucius 18. ff. de appell. l. dominus litis 9. l. si actor 10. C. eod. l. si procurator. 2. ff. an per al. caus. app. l. servus 11. ff. de publ. jud. l. cum rem 2. C. de procur. Besold. c. 5. n. 7. Scaccia quæst. 5. n. 10. b) c. injustè 14. extra de procur. Panormit. d. c. n. 11. Speculat. tit. de appell. §. qualiter n. 11. Gail. 1. observ. 139. nu. 9. Scacc. d. quæst. 5. n. 12. c) per antea allegat. d) l. sed si unius 17. §. procuratorem 16. ff. d. injur. Bartol. in l. invitus 17. C. de procur. Tolos. lib. 5. c. 1. n. 13. de appell. e) l. si procurator 8. §. quod 8. ff. mand. f) d. c. injustè. Gail. & ceteri ibid.

XVI.

Hic in diversas partes abeunt Dd. a) quærendo,



rendo, num procurator datus appellationem interpositam prosequi cogatur? Duo hinc consideratione digna videntur. *b)* 1. Num à definitiva vel interlocutoriâ, appellatum sit, ubi ex posteriori tantum vel invitus cogatur? 2. Num mandatum procuratorium sese ad secundam instantiam persequendam extendat: *c)* quod si sic? necesse habeat officium implere, sin minus non teneatur.

*a)* *Aff. Donell. lib. 18. Comment. 16. fol. 234. Harpr. ad §. 1. de iis per quos agere poss. n. 273. Bronch. cent. 1. ass. 25. b)* *Gail. 1. observ. 19. n. 39. n. 11. Besold. c. 5. n. 7. Consultiss. Dn. Praeses Praecept. obs. disp. w. 5. th. 16. c)* *l. si procurator 12. ff. an per alium caus. appell. redd. Panorm. ad c. non injustè extr. de procurat. Wurms. 1. pract. tit. 5. obs. 10. fol. mihi 15. Gloss. ad l. 2. ff. an per alium caus. appellation. reddi possint, & latè Joann. Ferrar. tr. de appell. lib. 2. v. quamvis num. 113. in tract tract. volum. 8. fol 184.*

#### XVII.

Procuratoribus accedunt, & Rerumpublicarum vel Universitatum defensores Syndici vocati, *a)* item actores: *b)* pupillorum tutores, *c)* adulatorum curatores, *d)* absentium sed intra tempus ratum, *e)* habentium negotiorum gestores. *f)*

*a)* *l. 1. §. tutores 13. ff. quand. appell. l. item 6. §. actor. universit. 3. ff. quod cujuscungq, univers nom. l. 1. C. de offic. ejus, qui vicem alien. jud. obt Wesenb. in w. ff. quod cujuscungq, universit. nom. b)* *d. l. item 6. l. si actor C. de appellat. c)* *l. negotiorum 24. l. tutor 27. l. creditor 28. §. substituti 2. ff. de appell. l. si bonam caus. 11. C. de administr. tut. Scacc. quest. 5. n. 40. Mejer. part. 2. tit. de*

B 2

appell.



*appell. n. 9. Tolos. lib. 5. nu. 11. Besold. c. 5. nu. 9. de appell. e) d. l. negotiorum 24. & d. l. tutor. 27. ff. de appell. Wesenb. in w. ff. de appell. nu. 7. Scacc. d. quest. 5. n. 40. f) l. 1. pr. ff. de appell. recip. l. liberti 31. §. litem 2. ff. de negot. gest. l. negotior. 24. ff. de appell. Scacc. quest. 5. nu. 29. de appell. Brederod. de appell. part. 1. tit. 23. col. 90. lit. D.*

XVIII.

Consideratione humanitatis eiusq; vinculi, quo homo homini tenetur, auditur sine mandato appellans, nomine eius, qui ad ultimum supplicium ducitur, quilibet etiam si condemnatus sententiæ acquiescat, perire festinet, provocationiq; resistat. a) Idem quoq; locum habet in eo, cui per sententiam, membrum à corpore adimendum venit. b) At licet in causa capitali appellatio per alium quidem interponi possit, persecutio tamen ejusdem debet fieri personaliter per ipsum reum. c)

a) *l. non tantum 6. ff. b. t. l. addictos 29. C. b. t. l. addictos 6. in fin. C. de Episcopal. audient. Ferrarius de appell. lib. 1. v. adeoq; num. 62. tract. vol. 8. fol. 182. Besold. c. 5. n. 11. fol. 178. b) argum. Novell. 128. c. 20. Ferrar. d. l. v. idem respondemus nu. 66. Tolos. lib. 2. c. 7. nu. 13. Besold. d. loc. fol. 179. Vasq. 1. illustr. quest. 41. n. 9. c) Bald. in l. furti in fin. pr. ff. de his, qui not. infam. l. addictos C. de Episcopal. audient. l. prima ff. an per alium caus. appell. redd. Besold. c. 5. n. 11. fol. 179. Consult. Dn. Præses. diss. pandect. 5. th. 14.*

XIX.

Et hactenus de illis, quibus appellare permissum. Quibusdam autem lege, quibusdam proprio facto prohibitum. Lege, prohi-



prohibentur servi; a] & ob contumaciam, b] veram non fictam, c] & post trinam ceu peremptoriam citationem, d] absentes, evidentes, atque convicti Fiscus debitorum. e]

a] l. servi 15. l. Lucius Titius 18. l. creditor 28 ff. de appell. Tolos. lib. 5. c. 1. n. 10. de appell. b] l. 1. l. abstinendum 4. C. quor. appell. l. & post 73. §. fin. ff. de judic. l. properandum 13. §. cum autem 4. C. de judic. l. ex consensu 23. §. cum qui 3. ff. de appell. c] d. l. properandum 13. §. sin autem 3. C. de judic. arg. l. contumacia 53. §. pœnam 2. l. quesitum 60. ff. de re judic. d] d. l. contumacia 53. §. contumax 1. Gail. 1. observ. 132. n. 7. quest. 17. limit. 3. nu. 1. w. 17. Besold. c. 6. n. 4. Donell. lib. 28. comm. c. 6. fol. 436. Marant. n. 284. Frider. Mind. de process. extrah. lib. 2. c. 17. n. 5. & 6. e] l. abstinendum 4. l. & publicarum 8. C. quor. appell. non l. quoniam 18. C. h. t. c. ei qui 41. §. quoties 2. quest. 6. Donell. lib. 28. comm. c. 6. fol. 437. Marant. n. 300. Tolos. lib. 2. c. 9. n. 1.

XX.

Lege etiam, tanquam indigni, appellatio- nis limine arcentur, quod statim publicè interest puniri, latrones, a] seditionum concitatores, b] Duces factionum, c] falsi monetarii, d] raptores virginum, e] & de manifesta quam commiserunt violentia, argumentis testibusq; convicti, f] vel etiam propria voce vitium scelusq; confessi. g]

a] l. constitutiones 16. ff. de appell. l. si quis 6. §. quid autem 9. ff. de injust. rupt. Marant. n. 296. Guid. Pap. num. 87. Scaccia quest. 17. limit. 4. n. 79. Donell. lib. 28. comment. c. 6. fol. 436. b] d. l. constit. Scaccia quest. 17. lim. 4. n. 80. de appell. Besold. c. 7. nu. 3. fol. 211. c] d. l. constitution. l. observare 2. C. quor. appell. non recip. c. cum sit Romana 5. §. præterea de appell. Marant. n. 296.

B. 3.

Tolos.



Tolos. lib. 2. c. 8. n. 1. de appell. d] l. 1. pr. C. de fals. monet. Scaccia quest. 17. limit. 4. nu. 83. Marant. n. 294. Dambud. prax. crim. c. 65. n. 10. e] l. un. v. quibus connum. in fin. pr. C. de rapt. virgin. Scaccia quest. 17. limit. 77. de appell. Donell. 28. comm. c. 6. f. 436. f] l. si quis 34. C. ad L. Jul. de adult. Scaccia quest. 17. limit. 4. arg. c. cum sit 5. in fin. c. pervenit 13. c. consuluit 14. extr. de appell. Marant. n. 292. g] l. generaliter 13. in f. C. de non num. pec. cap. cum speciali. 61. §. porro extr. de appell. c. Romana 3. §. si autem eod. in 6. l. observat 2. C. quor. appell. Scaccia quest. 15. limit. 4. n. 45. de appell.

### XXI.

Proprio facto prohibentur illi, qui invicem scriptura interveniente, nemini licere ad provocationis auxilium pervenire, pacti sunt. a] Vel utut quis ante sententiam se à judice non provocaturum professus b] fuerit, indubitate provocandi auxilium perdidit. Videtur item appellationi renunciâsse, qui appellatione interposita, nihilominus coram priori judice litigare pergit. c]

a] l. ult. §. ult. C. de tempor. appell. l. tale pactum 40. §. qui i. ff. de pact. Marant. nu. 341. Mynsing. 1. observ. 14. Gail. 2. obs. 135. n. 10. Besold. c. 6. n. 5. de appell. Ordin. Cam. part. 2. tit. 28. §. Und dieweil. Es were denn. b] l. 1. §. si quis 3. ff. à quib. appell. non licet. Donell. lib. 28. comm. c. 6. fol. 436. c] c. sollicitudinem 54. extr. de appell. Marant. d. n. 341. Besold. de appell. c. 6.

### XXII.

Nunc videndum à quibus iudicibus appellandum vel non, ubi repetendum omnes ab omnibus provocare posse, nisi expressè à qui-



quibusdam prohibeantur, qui postea enume-  
randi. Constat enim tam ab ordinariis, a)  
quàm delegatis, b) item juris arbitris, c) non  
compromissariis, d) ab illustribus c) quoque  
& spectabilibus, f) appellationem esse.

a) *l. à proconsulib. 19. l. quoniam 21. C. de appell. Marant. nu. 246.* b) *l. ab arbitrio 9. qui satisfac. cog. l. cum specialis 18. C. de judic. l. tempora 2. vers. quod si arbiter. C. de tempor. appell. l. eosd. 16. l. precipimus 32. C. de appell. Marant. nu. 246.* b) *l. arbitro 9. ff. qui satisfac. cog. l. fin. §. substituti 2. ff. de appell. Bart. l. 1. §. interd. n. 8. ff. à quib. appell. non licet. l. tempora 2. v. quod si arbitro. C. de tempor. appell. Marant. n. 272. Scacc. q. 17. lim. 13. n. 5. Besold. c. 3. n. 2. Sneiderwin. in inst. de act. §. omnium n. 26. 27.* d) *l. 1. C. de recept. arbitr. c. à iudicibus 2. quest. 6. l. non distinguend. 32. §. 14. ff. de recept. l. creditor. 28. §. 2. ff. h. t. l. 76. ff. pro socio. Gail. 1. observ. 1. n. 49. it. obs. 149. it. 150. nu. 9. Mynsing. 4. obs. 68.* e) *l. jam trigesima secunda 35. C. h. t.* f) *Novell. 23. cap. 4. l. tempora fatalium 2. C. h. tit. l. precipimus 32. C. h. t.*

### XXIII.

Nec enim iudicem oportet injuriam sibi fieri existimare eo, quod litigator ad provocationis auxilium convolarit.

*l. & in minoribus 20. C. h. t. l. 16. C. Theod. per rat. l. 55. & l. 167. de R. J. Guid. Pap. de appell. n. 71.*

### XXIV.

A quibus igitur propter summam jurisdictionis præminentiam, appellationes fieri illi prohibent, in eorum numero Princeps ceu Imperator a) est, ejusq; Camera b) & is quem Princeps expressè, ita iudicem dedit, ne liceat ab eo provocare. c)

a) l. t.



a) *l. 1. §. Et quidem ff. à quib. Wesenb. in w. ff. h. t. Donell. lib. 28. comm. c. 6. fol. 437. Marant. n. 248. Scaccia. quest. 16. lim. 1. nu. 1.* b) *Ordinat. Camer. part. 3. tit. 51. ibi: Wir ordnen / setzen / vnd wollen auch / das von den Bretheilen &c. Gail. 1. obs. 121. n. 3. Matth. Stephan. d. jurisd. lib. 2. part. 1. c. 3. nu. 18. Heig. part. 1. quest. 9. n. 5.* c) *l. 1. §. interdum 4. ff. à quib. appell. non lic. Gail. 1. obs. 135. n. 7.*

XXV.

Num verò à Principe malè informato ad melius informandum, a) ab ejusvè item rescripto, b) appellatio pcedat, non caret dubio: Utrumq; quia contra naturam appellationis, negandum videtur: Posterius tamen generali nomine loco simplicis querelæ ferri potest.

a) *Affir. vid. l. 1. v. quid ergo ff. quand. appell. c. biduum v. si quem in insul. deport. 2. q. 6. Paurmeist. de jurisd. lib. 2. c. 4. n. 159. fol. mibi 602. Stephanus de jurisd. lib. 2. part. 1. memb. 2. n. 200. usq; ad n. 206. Besold. c. 2. n. 10. Neg. Heig. part. 1. quest. 10. nu. 18. Gail. lib. 1. obs. 155. n. 6.* b) *l. 1. §. 1. ff. h. t. l. novum 2. l. jubemus 34. C. h. t. Donell. 8. comment. c. 6. nu. 20. Heig. cit. loc. nu. 23.*

XXVI.

Qui præter Romanum Pontificem inter homines superiorem alium non cognoscunt, a) illis ab ejusdem sententia appellare fas non erit, b) sed sufficiat nobis scire, quæ de Imperatoris sententia non appellabili dicta sunt sese etiam ad quosvis Reges, Populos, Optimates, superiorem non recognoscentes extendere.

a) *c. cum per venerabil. extr. qui filii sunt legit.* b) *c. patet c. cuncta. c. ipsi sunt Canones 9. quest. 3.*

XXVII.



## XXVII.

Et quemadmodum à Senatu Romano, *a)* & Præfecto Prætorio *b)* olim appellari non poterat, ita quoque per Auream Bullam *c)* Electores tam Ecclesiastici, quàm seculares, privilegio, ne ab ipsis provocatio fieret, usi fuere: quod tamen hodiè apud Electorem Saxoniae *d)* tantùm, immutatum remansit, Brandenburgicus verò *e)* reliquis id negligentibus, non ita pridem Imperiali concessione recuperavit.

*a)* l. 1. §. 2. ff. à quib. appellar. non licet. Donell. lib. 28. c. 6. fol. 437. *b)* l. un. §. 1. ff. de offic. Præfect. prat. l. præfecti 17. ff. de minorib. Donell d. loc. *c)* Aurea Bull. Car. IV. cap. 11. de immunitat. Princip. Elect. Consult. Dn. Præses disc. 5. tb. 11. *d)* Wesenb. in π. ff. à quib. appell. non. Heig. part. 1. quest. 4. nu. 31. *e)* Heig. d. l. n. 32.

## XXVIII.

Et privilegium modo dictum omnibus Saxoniae Ducibus, *a)* competere certum est.

*a)* Constit. Impp. Ferdinand. Anno 1559. Rudolph. II. Anno 1586. Consult. Dn. Præses Discurs. 5. ad Auream Bull. c. 11. tb. 15. Heig. part. 1. quest. 4. nu. 42. Wesenb. in π. à quib. appell. non lic. num. 2.

## XXIX.

Ab executore *a)* ob publicam utilitatem appellare non convenit, licet is suspectus sit, *b)* nisi dicatur malè sententiam interpretari, *c)* & in iudicando modum excedere, *d)* ubi in tantum provocatio conceditur, ut num rectè

C

inter-



interpretatus sit in causis reddendis quærere  
liceat.

a) *l. ab executore 4. in pr. ff. de appell. l. ab execution. 5. C. quor. appell. non recip. Donell. lib. 28. comm. c. 6.* b) *c. novit. 43. extr. de appell. Donell. cit. loc.* c) *l. 1. §. 1. ff. de appell. Cl. Dn. D. Arumæus π. disput. ult. tb. 14.* d) *d. l. ab execution. d. l. 1. de appell. Sigismund. Scacc. quest. 17. limit. 11. n. 6. Tolos. lib. 2. c. 116. nu. 2. de appell.*

XXX.

Et licet generaliter in omni causa tam  
majori quam minori, a) criminali quam civi-  
li, b) appellare concessum sit, si tamen illa vel  
nihil vel non admodum adversario noceat;  
vel publicam utilitatem concernat, dilatio-  
nemque non ferat: vel articulum aut partem à  
se divelli non patiatur: vel edicto perpetuo  
aliove certo jure definita: vel temeraria; aut  
tertio judicata sit: appellationem non admit-  
tet.

a) *l. placet 3. C. de pedan. jud. Novell. 82. c. 12. l. Et in ma-  
jorib. 20. C. de appell. Besold. c. 7. n. 1.* b) *l. non tantum 6. ff. h. t. l. eos qui §. 3. l. litigatorib. 14. l. addictos 29. C. de appell. l. addictos  
6. C. de Episcop. aud. Actor. c. 25. v. 12. Besold. c. 7. n. 3.*

XXXI.

Primi ordinis exempla sunt, quo minus  
quis provocare ausus fuerit, ne voluntas de-  
functi, testamento scripta referatur, vel ne hi  
quos scriptos patuerit heredes in possessionem  
mittan-



mittantur, a) vel à sententia, quæ à possessione momentanea lata est. b)

a) *l. quisquis 6. quorum appell. non recip. l. ult. ff. de appell. non recipiend. arg. l. vel negare 5. ff. quemad. test. periant. Besold. c. 7. n. 10. Bartol. ad d. l. quisquis. b) l. un. C. si de moment. possess. Menoch. de retinend. poss. remed. ult. n. 48. & 50. It. recup. remed. 9. quest. 49. num. 316. Wesenb. de appell. num. 8. Besold. cap. 7. n. 9. fol. 236.*

### XXXII.

Ob publicam utilitatem in criminalibus capitalibus, appellatio ab usu Germaniæ & præcipue Camera recessit. a)

a) *Constit. Anno 1530. §. item als in eelicher Zeit. Ordin. Cam. tit. 28. §. 5. P. D. D. art. 69. Gail. d. pac. publ. lib. 1. c. 20. n. 37. Clar. quest. 94. §. fin. in pract. Mynsing. cent. 4. obs. 41. Fr. Mind. l. 1. c. 9. n. 7. Rittersb. in Novell. exposit. part. 10. c. 1. nu. 5. vid. & D. Nebelkr. lib. 1. decis. 21.*

### XXXIII.

Favor causæ repellit appellantem in tutelæ vel curæ cooptatione, vel impositione ante excusationem, a) & è Camera in causis matrimonialibus. b)

a) *l. siquidem 1. §. si quis ff. quand. appell. l. Gajus 16. de excusat. Marant. de appell. nu. 324. Scaccia. quest. 17. limitat. 8 nu. 11. Besold. d. appell. c. 7. in fin. b) Ordinat. Cam. part. 2. t. 28. §. Nach dem auch. Gail. lib. 1. obs. 112. in fin. & lib. 2. obs. 45. Fr. Mind. c. 10. n. 3.*

### XXXIV.

Publicæ item utilitatis gratiâ sancitum est, ut abstinenceatur prorsus ab appellationibus, quando



quando principi vel fisco ex evidenti causa  
aliquid debetur, a) vel frumentum in usum  
militum in annonæ subsidia contrahitur, b)  
item ubi iusta fit executio. c)

a) *l. abolitionem 4. l. & publicarum 8. C. quorum appell. non  
recip. Scaccia quest. 17. limit. 17.* b) *l. ult. in pr. ff. de app. recip.*  
c) *l. ab executore 4 ff. de appell.*

X X X V.

Summa sive quantitas appellabilis, quæ  
Constitutione Justiniani, a) decem librarum  
auri: Ordinat. Cam. 50. florenor. Rhenensium,  
b) postmodum in Comitibus centenario adau-  
cta fuit, c) nunc nisi 300. d) excedat, non atten-  
ditur. Quod tamen ita intelligendum, ut non  
quantum debeatur, aut in primo iudicio adju-  
dicatum fuerit, sed quantum petatur, atten-  
datur. e) In actione verò injuriarum, ubi vel sa-  
tisfactio vel palinodia intentetur, quis nescit,  
famam & existimationem hominis, cum vi-  
ta pari passu ambulantem, imò vita ipsa ca-  
riorem, æstimationem non facile admittere. f)

a) *Novell. 23. c. 3.* b) *Ord. Cam. part. 2. tit. 28. §. Und son-  
derlich sitzen.* c) *Recess. Imp. Anno 1570. §. Als wie denn aus ob-  
begerten Visitation Abscheid. Gail. 1. obs. 123. nu. 1. Mynsing. 5.  
obs. 33. n. 6.* d) *Abscheid des zu Speier Anno 1600. gehaltenen  
deputation Tages. §. Wiewol nun auch.* e) *Mynsing. cent. 5.  
obs. 83. nu. 3. Besold. de appell. c. 7. n. 7.* f) *l. 104. de R. J. l. ex  
hac lege 3. ff. si quadrup. paup. fecis. dic. l. 1. §. sed cum 5. l. fin. ff.  
de his qui dejecerint vel effud. l. 8. C. de decur. l. iusta caus. 9. ff.  
de manumiss. vindict. Gail. obs. 123. n. 5. Ordinat. Cam. part. 2.  
nu. 28.*



nam. 28. §. Und sonderlich. v. doch sollen. Besold. cap. 7. n. 20  
fol. 126.

XXXVI.

Extenduntur hæc quæ diximus, ubi de Jurisdictione decimis, servitutibus annuis reditibus, censibus perpetuis, qui redimi nequeunt jure retractus, controversitur. a]

a] *Gail. 1. observ. 38. nu. 1. & 2. item 1. observ. 123. n. 5. 6. Mynsing. 5. obs. 10.*

XXXVII.

Verum & plerisque Principibus ac civitatibus privilegio ab Imperatore certa quidem appellabilis summa confirmata est, cuius exemplum in scriptis passim extant. a]

a] *Apud Frider. Mindan. sub fin. lib. 1. de processibus. Julian. Magenhorst. in Comment. ad Ord. Cam. part. 2. tit. 28. fol. 273.*

XXXVIII.

Quamvis verò Jure Canonico, & Saxónico, a] quo utimur, à quacunque interlocutione ex causa, omniq; item gravamine b] provocatio non denegatur. Jur. tam. Civ. propter articulorum à toto causæ principalis corpore non concessam divulsionem, appellatio à definitiva, vel eius vim habente, & irreparabile gravamen continente, d] tantum procedit.

a] *Wesenb. in w. h. t. n. 8. b] c. non ita 2. quest. 6. c. super eo 12. extr. de appell. c. cum Romana 3. & c. cordi. 1. de appell. in 6. Rittersh. in diff. Jurisciv. & ca. c. 25. c] l. ante sent. 2. ff. de app. recip. l. ante sent. 7. C. quor. appell. non recip. Wesenb. in w. ff. de*

C 3

appell.



*appell. n. 8. d] d. l. 2. ff. de app. recip. Gail. 1. observ. 130. n. 5. usq. ad 10. Mynsing. 3. obs. 35. & 88. Ordin. Cam. part. 2. tit. 26. §. item Als wir. it. tit. 29. §. vnd so von. & part. 3. tit. 81. §. vnd so fern.*

XXXIX.

Si appelletur, ne bonorum possessio, unde liberi, ex Carboniano Edicto decernatur impuberi, cui sit controversia an sit inter liberos, item ne pignus vendere liceat: a] item ne dilatum & præstitum juramentum, b] vel fors licitè & æquè iacta obtineat, c] nihil proficitur.

a] *l. ult. ff. de appell. recip. l. ex consens. 23. §. eam 3. Donell. lib. 28. c. 6. fol. 438. Tolos. lib. 2. c. 22. de appell. b] l. generaliter 12. §. sed juramento 1. §. sive autem C. de reb. cred. l. 2. ff. de iurejur. Borch. tract. de jurament. c. 9. c] arg. l. verum ll. ff. de minorib. §. item 4. Scaccia quest. 16. limit. 6. de appell. Marant. n. 257. Besold. c. 7. n. 11.*

XL.

Denique appellationibus à caussa frivola, a] & apertè perperam interpositis, item iniqua, b] & tertio iterata, c] fores præcluduntur.

a] *l. si expressim 19. ff. h. t. l. eos 6. §. 4. C. eod. Marant. nu. 182. Scacc. quest. 2. n. 48. b] c. cum speciali 61. §. porro. extr. h. t. c] l. un. C. ne liceat in un. ead. caussa.*

XLI.

Ordinis nunc ratio exigit, ut de forma appellationis dispiciamus, ubi primum de ordine observandum, eum consistere in hoc, ut gradatim, non omissio medio, ab inferiore ad superio-



superiorem a] ascendamus, quod tamen minus animadvertere licet, si vel inter medius causam suscipere nolit, vel iustitiam denegarit, vel suspectus aut inhabilis, vel denique se præteriri passus sit. b]

a] *l. Imperatores 21. in pr. ff. de appellationibus l. addictos 29. v. ea condit. C. de appell. Novell. 23. c. 3. c. anteriores 2. quest. 6. v. illo. Ordinat. Cam. part. 2. tit. 19. §. 1. Marant. n. 375. Mynsing. cent. 1. obs. 67. & cent. 2. observ. 4. Scacc. quest. 7. n. 2. Rebuff. de privileg. Schol. privil. 164. n. 1. Bredenrod. part. 1. tit. 18. b] Ordinat. Cam. part. 2. tit. 29. Gail. 1. obs. 129. n. 2. Mynsing. 1. obs. 67. & 88. Marant. n. 364.*

#### XLII.

Cum item Jur. Can. omisso intermedio, coram superiore litem provocationis exercere conceditur, a] idem consuetudo dicto ordini contraria operabitur, b] sicuti etiam speciali privilegio statim ad Imperatorem appellandi, studiosis indulta facultas perhibetur. c]

a] *c. si quis vestrum 4. c. ad Romanam 6. 2. q. 6. c. si duobus 7. extr. b. t. c. placuit c. omnes Episcop. 2. q. 6. c. Romana v. ab Archidiacono d. appell. in 6. Cujac. 21. observ. 32. Rittersh. in diff. J. Civ. & Can. c. 26. Donell. lib. 28. c. Bredenrod. de appell. part. 1. tit. 18. b] Marant. n. 374. Ordinat. Cam. tit. 32. num. 3. Gail. 1. observ. 119. nu. 4. Scacc. quest. 7. n. 93. c] Bald. in Auth. hab. C. ne filius pro patre. Alex. in l. 1. §. si quis in add. ad Bart. ff. de app. Marant. n. 372. Tolos. lib. 4. c. 17. de appell. Scacc. quest. 7. n. 102. Stephan. de Jurisd. lib. 3. part. 2. c. 12. n. 63. & seqq.*

#### XLIII.

Absque his ordo specialis Jur. Pontif. ab Archidiacono ad Episcopum, ab Archiepiscopo ad



po ad Primatem, à Pimate ad Papam, a) & Jure Civil. à delegato ad delegantem, b) à legatis Proconsulis ad ipsum Proconsulem, c) à subdelegato ad delegantem, d) à sententia Vicarii seu locum tenentis ad illum, qui p̄vocaretur, si ipsemet substituens sententiam protulisset, e) procedit.

a) *c. placuit c. omnes Episcopi, c. si quis putarit 2. quest. 6. c. Romana 3. v. ab Archidiaconis de appell. in 6.* b) *l. 1. §. 2. ff. quis & à quo appell. l. precipimus 3 2. §. hæc si appell. 3. C. de appell. l. un. in f. C. qui pro sua jurisdictione Marant. n. 386. Guid. Pap. q. 32. Bredenrod. part. 1. tit. 17. lat. 188.* c) *l. appellari 2. ff. quis & à quo appell. Wes. in æ. b. t. n. 9. Cujac. n. 7. obs. 21.* d) *c. super quest. 27. §. porrò de offic. & potest. judicis delegat. l. Imper. 21. §. iidem 1. ff. de appell. l. 1. §. ab eo ff. quis & à quo Novell. 17. c. 3. in fin. Bartol. in l. precipimus in pr. C. de appell. Marant. part. 4. dist. 5. n. 28. & part. 6. n. 386. Bredenrod. part. 1. tit. 17. in voc. ad subdeleg.* e) *d. l. 1. §. 1. ff. quis à quo d. c. super. 27. §. super Marant. n. 381. Guid. Pap. de app. n. 31.*

#### XLIV.

Si quis verò ordine hoc per errorem aut in curiam non servato ad minorem vel parem querelam detulerit, a) beneficium perdet: ad Imperatorem verò, vel generaliter superiorem omisso medio factæ appellationes, ad medium remittuntur, nec pro desertis habentur, errorq; appellanti non nocebit. b)

a) *l. 1. §. pen. ff. de appell. Guid. Pap. de appell. num. 35. Bredenrod. part. 1. tit. 18. col. 208. Donell. d. l. fol. 441.* b) *l. 1. §. 3. ff. b. t. l. Imperator 21. §. 1. ff. eod. Alc. 1. disp. c. 15. Guid. Pap. & Bredenrod. cit. loc. Besold. de app. c. 4. Scacc. de appell. q. 7. n. 69. Donell. Comment. 28. c. 7.*

#### XLV.



Secundo loco circa modum sive formam appellationis considerata veniunt legitimi temporis fatalia, eaq; nimirum quadruplici differentia: 1. quoad ipsam protestationem coram primo Iudice proponendam. 2. ad concipiendam ac petendos Apostolos. 3. ad superiorem introducendam. 4. ad proseguendam vel finiendam. Ideò nempe fatalia dicta, eorum quia temporū prolapsio veluti quædam mors & interitus est appellationis, hisq; fini appropinquantibus lis iam animam agere dicitur, & transeundo mori vel perimi. *a]*

*a]* *l. properandum* 11. §. *hujusmodi*. 5. *C. de judici* l. *vel ei* 3. §. *gesta* 1. ff. *quæ in pand. credit. l. cum lite* 2. ff. *jud. solvi* l. *arbitrio* 18. §. *dolo* 4. ff. *de dolo*. Donell. 28. *comm.* 7. *pag.* 441. & *seq.* Besold. c. 8. *fol.* 248.

Interponendæ appellationis fatale, quod jure Pandectarum & Codicis olim in propria causa biduum, *a)* in aliena triduum *b)* erat, novissimo indistinctè decendium est, *c)* idq; ab initio utile, currere incipit præsentis à die latæ sententiæ, ignorantis à die scientiæ, *d)* parumq; interest dives an pauper sit, *e)* paganus vel miles, *f)* dominus an procurator, *g)* sententia ipsa pura an conditionalis, *h)* si ex negligentia

D

tem-



tempus præterlabi patiatur, beneficium perdit.

a) l. 1. §. biduum 5. §. in propria 11. l. si procuratoris 2. in pr. ff. quand. appelland. l. qui suspectum 20. §. is vero 1. ff. de appell. l. eos qui 6. §. fin. C. h. t. l. 3. ff. de appell. recip. b) d. l. 1. §. biduum & l. in tra. 3. ff. de appell. recip. c) Novell. 23. c. 1. & Auth. hodie C. de appell. c. significarunt 36. v. mandamus extr. de test. Ordin. Cam. part. 2. tit. 29. §. So sollen auch die appellationes Marant. n. 214. d) l. 1. §. si quis fin. ff. quand. appell. c. concerrationi 8. de app. in 6. Donell. lib. 28. comment. cap. 6. fol. 439. Gail. 1. observ. 139. n. 7. Mynsing. cent. 2. observ. 2. v. deind. Bredenrod. de appell. part. 2. tit. 7. pag. 124. e) Jason in l. invitus n. 8. C. de procurat. f) l. qui 20. §. militib. 2. ff. de appell. l. addictos C. eo. g) l. 12. §. fin. in fin. ff. quand. appell. l. si procurator 10. C. de procur. l. transaction. 7. C. de transactionib. Bredenrod. part. 2. tit. 7. pag. 126. h) d. l. 1. §. biduum c. biduum in pr. 2. q. 6. Scaccia. quest. 12. n. 3. Tiraq. de Retraict. Lignagier. §. 1. gloss. 1. no. 44. Mynsing. §. observ. 95.

#### XLVII.

Secus autem est, quando gravamen causam continuam & successivam habet: ut si quis carceri mancipatus est. Hic enim tam à præcepto de capiendo, quam præsentis incarcerationis, etiam si ultra mensem in vinculis jam detentus fuerit, a) appellare potest.

a) Marant. nu. 216. Gail. 1. observ. 139. n. 13. Bredenrod. part. 2. tit. 7. col. 126. Scacc. quest. 12. n. 144. Durand. in Spec. lib. 2. de appell. §. restat. nu. 6. Besold. c. 8. fol. 253.

#### XLVIII.

Quæri quoque hîc solet, num in illud descendii tempus dies veniant, quibus appellans sua absque culpa nec iudicis à quo, nec iudicis ad



ad quem adeundi copiam habere potuit: pro  
mitiori puto sententia standum, Doctorumq;  
de protestando consilium impedito sequen-  
dum. a) Cæterum adeò strictè tempus in pro-  
gressu continui decendii observatur, ut neque  
ex iudicis permissione, neque partium volun-  
tate, veletiam modo compromissi prorogari  
queat. b)

a) *Donell. lib. 28. c. 6. fol. 493. Mynsing. cent. 2. obs. 2. Ros-  
bach. in process. civil. tit. 72. n. 25. b) Bald. in Aut. ei qui C. de  
temporib. appell. Gail. 1. obs. 139. nu. 6. Mynsing. 3. obs. 11. & 2. ob-  
serv. 68. Bredenrod. part. 2. tit. 6. pag. 111. Ordinat. Cam. part. 2.  
tit. 29. §. so sollen auch.*

XLIX.

Modus hujus protestationis est, quod ea  
in appellatione à definitiva, aut huius vim ha-  
bente interlocutoria, in continenti vivâ voce  
facienda sit, sufficiatq; appellantem dicere  
*Appello*: Ex intervallo verò non nisi in scriptis,  
cum gravaminum expressione. a) In interlo-  
cutoria, sive statim tempore sententiæ, sive  
post ex intervallo in scriptis cum speciali gra-  
vaminum expressione, inferi oportet.

a) *Mynsing. 3. obs. 15. Gail. 1. obs. 130. l. 2. l. à sententia §. §. ul.  
de appell. l. litigatorib. C. eod. Donell. fol. 439. Guid. Pap. num. 6.  
& 10. Bredenrod. d. appell. part. 2. tit. 21. col. 571. lit. B. Besold. c. 8.  
fol. 255.*

L.

Cum etiam de Jure communi apud Judi-  
cem à quo, aut eius absentiam vel violentiam

D 2

apud



apud Judicem ad quem, libellis publicè propo-  
sitis protestatio fieri possit, a) tamen ex Or-  
dinat. Cam. etiam absque insinuatione coram  
notario & testibus facta valet. b)

a) *l. cum quidam 7. ff. de appell. l. 17. C. eod.* b) *Mynsing. 3. obs. 88. & 4. obs. 44. Ordinat. Cam. part. 2. tit. 29. §. Item so soll. einem jeden.*

L I.

Concipiendæ appellationis, sive Apосто-  
lorum petendorum fatale, triginta dierum spa-  
cium est, a) quo singulari diligentia & studio,  
instanter, instantius, instantissimè peti debent,  
b) ita ut is, qui non petat aut accipiat, appella-  
tioni renunciâsse eamq; deseruisse censeatur. c)

a) *l. iudicibus 24. C. h. t. c. ab eo. eod. in 6. Marant. n. 219. Dd. unanimiter.* b) *rat. l. un. §. sufficit 2. ff. de libell. dimis. Rosbach. in process. tit. 73. n. 28. Bart. add. l. iudicib. C. h. t.* c) *d. c. ab eo. c. quamvis Clem. de appell. l. 18. C. eod. Mynsing. 4. obs. 36. & 3. obs. 22. Wurmbf. tit. 24. obs. 23. Donell. fol. 444.*

L II.

Iterum hic inter Dd. pugna oritur, aliis  
pro fatali ex die interpositæ a) appellationis,  
aliis ex die latæ sententiæ b) concertantib: rixa.  
hæc si planè non inutilis, priori fortè cum par-  
te faciendum.

a) *Hostiens. c. 1. de appell. in 6. Mynsing. cent. 4. obs. 36. per Novell. 126. c. 3.* b) *Marant. n. 220. Wurmbf. tit. 24. obs. c. 3.*

L III.

Apostoli verò sunt & vocantur libelli di-  
missorii, à Græco ἀποσείλω, quod significat di-  
mitto,



mitto, unde ab ἀπό quod est de, ἀπόλ, missus, fit ἀπόσολ, quibus iudex prior testatur appellationem receptam & ad superiorem dimissam vel non. a] à Iudice appellationem dimittente dimissorii, b] non deferente refutatorii, c] ob honorem iudicii superiori oblatum reverentiales, d] à notario vel alia fide digna persona dati, testimoniales, e] deniq; à partium conventionem conventionales, f] indigetantur.

a] l. dimissoria 106. d. V. S. l. un. ff. de libell. dimiss. c. ut super 4. de appell. in 6. Rosbach. tit. 74. n. 1. Scacc. quest. 13. n. 2. b] d. l. dimissoria & d. l. un. Scacc. quest. 13. n. 10. c] l. fin. §. in refutatoriis. C. de appell. l. 18. C. eod. c. cum appell. in 6. h. t. d] l. eos §. super his C. h. t. Scaccia d. loc. n. 18. e] c. fin. extr. de appell. cap. past. in fin. extr. de offic. jud. ordin. f] c. oblat. 57. extr. de appell. c. 1. de foro compet. in 6. Rosbach. tit. 74. n. 3.

LIV.

Hi, quanquam à Iudice à quo, petendi veniant, a] & Iudex nisi puniri velit, b] sine mora illos concedere lege jubeatur, c] non inutilis tamen eo casu, quo Iudex deneget appellanti de diligentia sua protestatio futura est. Sed in Camera imperiali, d] hæc petitio Apostol. impunè omittitur, ut & Jure Saxonico, e] quidem constitutum, consuetudine autem in contrarium f] reperitur.

a] l. eos 6. §. ult. C. de appell. b] l. in iudicib. 24. C. eod. arbit. jud. questionib. cas. 368. c] d. l. un. de libell. dimiss. d] Vult. Jurispr. Rom. lib. 2. c. 33. n. 32. Ord. Cam. part. 2. tit. 30. §. würde aber durch den Richter. Gail. 1. obs. 139. Myns. 4. obs. 36. Wesenb. consil. 1. vol. 1. n. 31. e] lib. 2. art. 12. f] Zobel. part. 1. diff. 41. fol. 183.

D 3

LV.



Appellationis introducendæ fatale consistit in tempore, quo Judici ad quem appellans sese præsentet petatq; appellationem ab eo recipi, quod quia ll. definitum non reperitur Judicis arbitrio committitur. *a)* In Camerali verò Constitutione sex menses sive semestre tempus, à die interpositæ appellationis, ad introducendum parti conceduntur, *b)* quib. inutiliter præterlapsis in rem judicatam abit. *c)*

*a)* Wesenb. in  $\pi$ . quand appell. n. 5. l. præses §. C. de appell. c. personas §. extr. eod. *b)* Ordin. Cam. part. 2. tit. 30. §. würde aber. Gail. obs. 140. n. 3. Mynsing. 6. obs. 57. n. 23. Bredenrod. de app. part. 2. col. 134. lit. C. *c)* dict. Ord. §. vnd so also in einem vnd anderem fall.

Potest hoc tempus prior quidem Judex minuere, *a)* alter ad petitionē appellantis non tantum minuere, sed & prorogare, *b)* ut quoq; consensus expressus partium *c)* idem dilatare. Atq; ita introducta appellatione caussa ad ipsū superiorem devoluta censetur, *d)* unde prior Judex ad acta appellanti pro debita mercede cum subscriptione & sigillo judiciali, planè edenda, compulsorialibus cogi atque compelli poterit. *c)*

*a)* Ordin. Cam. part. 2. tit. 30. *ibid.* vnd nicht darüber. Gail. 1. obs. 140. n. 7. Myns. 6. obs. 57. n. 2. 3. *b)* Ordin. Cam. part. 2. tit. 30. §. würde aber durch den Richter. v. sollen als dan. arg. l. nunquam 72. de judic. l. præses §. C. de appell. *c)* c. quandiu Clem. de appell. Gail. d. obs. 140. n. 2. arg. l. §. 6. v. vel ullum fatale. C. de temp. app. *d)* c.



d) c. Rom. 3. §. si verò de appell in 6. e) l. iudicib. 24. C. de appell. c. ut debitus 59. extr. b. t. Novell. 134. c. 3. l. is apud quem 2. C. de edend. Ordinat. Cam. part. 2. tit. 35. in pr. Es soll auch ferner zu forderung der appellation Sachen. Gail. 1. obs. 134. n. 1. Tol. lib. 6. c. 9. n. 3. de app.

LVII.

Postremum sive prosequendæ finiendæve appellationis fatale, intra quod appellans jus suum docere & obtinere, nisi deserere atque executionem prioris judicis expectare a) velit, annus aut ex justa causa biennium est, b) curritq; à tempore interpositæ appellationis, c) sed præterea quod Camera Imperialis huiusmodi fata- lia ob multitudinem caussarum parum atten- dit, d) accedit, illa compromisso & expresse partium consensu prorogari posse. e)

a) l. cum in anteriorib. 5. §. illud 4. v. sancimus. C. de temp. & repar. appell. Marant. n. 231. Scacc. quest. 15. n. 179. Bening. de app. 9. quest. n. 2. b) Auth. ei qui appellat. l. cum anteriorib. 5. §. illud 4. v. tunc etenim aliud. C. de temporib. & reparat. c. ex ration. 8. c. ob- late 57. extr. de appell. Scacc. quest. 15. n. 44. de appell. Marant. n. 228. Besold. c. 9. n. 4. in fin. de appell. c) Gail. 1. obs. 14. n. 1. Bart. in Auth. ei qui. C. de temp. & repar. appell. d) Gail. 1. obs. 141. n. 7. Mynsing. 2. obs. 48. Besold. c. 9. n. 5. de appell. e) l. fin. §. sin autem C. de temporib. & repar. Gail. 1. obs. 141. nu. 4.

LVIII.

Finis ultimus sive externus appellationis est sententiæ iniquè vel injustè latæ correctio, a) cui accedit internus ceu officium caussæ in priori instantia per Judices & Advocatos non deductæ deductio, non probatæ probatio. b)

a) l. 1. in fin. ff. de appellationib. l. 1. §. fin. ad S. Ctum Turpilian. Scacc.



*Scacc. quest. 3. art. 1. de appell. b) l. eos 6. §. si quid 1. C. eod. l. per hanc. 4. C. de tempor. appell. Wes. w. h. t. Scacc. cit. loc.*

LIX.

Operatur item appellatio in presenti causæ statu sententiæ deletionem in futuro suspensionem, a) unde tempore interpositæ appellationis nihil innovandum erit, b) & appellans jurisdictione judicis à quo eximetur. c) Causa verò in loco quo tempore litis contestatæ fuerit esse videatur. d)

a) l. 1. §. fin. ff. ad SC. Turpil. l. furti 6. §. sed si 1. ff. de his qui not. infam. l. rei capitalis 2. §. eum ff. de pœnis. Gail 1. obs. 144. n. 1. Besold. c. 12. n. 1. b) l. un. ff. nihil. innovar. pendent appell. l. appellat. 3. C. de appell. Wesenb. in w. Marant. n. 389. Besold. c. 12. n. 3. c) c. cum appellationib. 5. de appell. in 6. c. pastoralis 52. extr. de appellat. Besold. c. 12. n. 2. d) l. 13. C. de procurat. l. 14. §. fin. ff. de bonis libertor. l. 6. §. 8. Alciat. in l. edita 3. C. de edendo. Wes. in w. h. t. n. 10.

LX.

Atque hæc de appellationibus, tumultuaria quasi opera, in chartam conjecta sufficiant: temporis enim angustia præclusus plura attingere, accuratioremq; limam adhibere, prohibitus sum. Lector benevolus, pro candore suo æqui hæc boniq; faciat, neq; tam mihi quàm tempori succenseat.

F I N I S.





05 A 1093

ULB Halle 3  
003 765 296



15/12


109











DISPUTATIO  
DE  
APPELLA-  
TIONIBUS,

*Quam*

*S. S. T. A.*

Auctoritate & decreto Amplissimæ Facultatis  
Juridicæ,

*SUB PRÆSIDIO*

*Amplissimi & Consultissimi Viri*

Dn. DOMINICI ARU-  
MÆ I Jcti celeberrimi, & in illustri Jenen-  
sum Academiâ Prof. publ. ibidemq; Curia Provincialis  
& Scabinatus Assessoris dignissimi, Fautoris & Præce-  
ptoris sui æternum suspiciendi,

*Pro summo in UTROQUE JURE GRADU  
consequendo,*

Publico examini subjiçiet

JOANNES J. F. RECKIUS  
GOSLARIENSIS.

*Ad diem 19. Julii.*

J E N Æ

TTPIS JOHANNIS BEITHMANNI,  
ANNO MDCCXIX.